

# TAB<sup>MO</sup> PRIMAE

PARTIS APHICAE, ET TABVLA

secunde partis Aphicæ.

DE APHICA SATIS dictū est super tabulis  
Aphice Ptolemei, tu igitur ad eas te verte, si mira-  
bilia regionum Aphicæ percontari libet. 3 8






# MEDITERRANEUM

*Phœacie pars*

36  
34  
34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17  
16  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
4  
3  
2  
1







## TA MODER BOSSI

NAE, SERVIAE, GRAECIAE, ET SCLAVONIAE.

Et primo de Græcia.



GRÆCIA regio est, a quodam Greco, qui late in ea rerū olim potius est, appellata. In hac Athenæ ciuitas, liberaliū litterarū et philosophorum mater, & qua nihil habuit tota Græcia clarius atq; nobis fuit inter Achaiā & Macedoniam, in regione quę Attica appellat, ab Atthis filio Atthenarū regis, qui Cecropi in regno successit, & Athenas condidit, vnde & Cecropia dicta est, et postea a Mopso Mopsopia, et ab Ione Xāti filio, vel (vt Iosephus scribit) a Iano Iaphet filio. Ionia. Postremo a Minerua Athenæ. Græci enim Mineruā Athenā vocant. Atheniensibus Draco primum leges conscripsit, deinde Solon Salaminus multis prioribus, ob penarū magnitudinē abrogatis, omnibus enim fere legibus, quas Draco tulerat, pena erat morte diffinita, vt oī et desidia cōuicti, capite plecteretur, qui olera fructusue alieno præsidio sublegisset, et quod quo & partide supplicio puniretur. Civitatem census estimatione Solon in ordinē distribuit. In primo hi fuere, quibus quingentorū Medimnū esset census, Secundo de in loco ascripti, qui trecentis censi forent, equosq; alete possent. Tertius equorū onere adēpto, pari censu aestimatus, Et ex his fere ordinib; magistratus creari, qui infra fuerū mercenarij nunaçati, concionis habende iudicandiq; munia, ceteris exclusis magistratibus obibant. Quā ciuilē institutionē Rhomē Serui Tullius magna ex parte imitatus creditur. Conciliū in Areopago ex annuis magistratibus constituit. Instituti huius Draconē authorem prodiderūt. Quidā secundū hęc, quę dixi, vt omnē Solon ciuilis discordię occasionē in futurū tolleret, ni temeraria multitudo incertis (vt solet) flatibus iudicia turbaret, ex quatuor tribubus, quę Athenis erāt, quadrungentos elegit viros ex singulis centū, his permisum, vt q; Ariopagite decreuissent, si equa visa forent, probarēt, si minus essent placida, pari potestate rescinderēt. De quibus satis modo diximus, quia historias profere, nostrū excedit propositum.

37








## DE THRACIA

THRACIA homines habet feros, asperos, & nus  
meros, adeo, vt aut si vnius imperio regerentur,  
aut idē sentirent (vt historię pater opinatur Herodotus)  
inexpugnabiles forent, & omniū gentiū multo validissi-  
mi. Sed arduū hoc illis est, & nulla ratione cōtingi potest,  
ideo imbecilles sunt. Habent autē multa nomina, singu-  
larū regionum singula, moribus tamen ac opinionibus  
consimilibus imbuti, prēter Gethas & Thrausos, & qui  
supra Crestones incolunt, ex quibus Gethesē non mori  
persuasum habuere, sed ad Zalamoxim deum suum post  
fatū migrare. Fuit hic Zalamoxis homo Pithagorę quō-  
dam discipulus, qui patriā reuersus, quū ad nimaduerteret  
Thraces male viuere, et inscīcię eorū ipse edocēt<sup>9</sup>, Ionicū vi-  
uedi genus & mores, ipsis leges dedit, docuitqz atqz p̄ sua  
sit popularibus eas seruantibus, post obitū eos ad se in eū  
locum ire, vbi superstites omniū honorū cōpotes essent.  
Per hoc deitatis opinionē consecut<sup>9</sup>, e Thracū se cōspectu  
abduxit, atqz euanuit, maximo sui desiderio post se reli-  
cto. Ad hunc mittunt assidue adhuc cum naui quīqz re-  
migū nunciū quēpiam ex seipsis sorte delectū, percipiētes  
ea quibus semper indigēt. Eūqz ita mittūt. Quibusdam  
eorū datur negocium, vt tria iacula teneant, alij sue cōpre-  
hensis, ei⁹ qui Zalamoxim mittitur, manibus pedibusqz  
hominē agitātes in sublime iactēt ad iacula, qui si in p̄sen-  
tiarū extinguit, propiciū sibi deum arbitrātur, sin minus,  
ipsum nuncium insimulant, adseuerantes malū illum esse  
virum. Hoc insimulato, alium mittunt, dantes adhuc vi-  
uentī mandata. Idē Thraces dū tonat fulguratqz, in cœlū  
sagittas excutiunt, deo minitantes, q̄ nullum alium prēter  
suum esse arbitrentur.









Quatuor

REPLICAS


ESTATE  
AT INGENI

MARE PRAESO AM



# TABVLA MODER.

## ASIAE MINORIS



ERRAM (quę hodie Turchię nomen tenet) non vna gens inhabitat, sed Turcæ, Græci, Armeni, Sarraceni Iacobitani, Nestoriani, Iudei, Christiani, secundū leges & instituta plerūq; viuētes, quas Māhometus pseudopropheta Sarracenis Arabie genti Anno nostrę salutis sexagesimo atq; inde trigesimo sanxit, vir (dubium) Arabs an Persa, vtrūq; enim traditur, patre malorum demonum cultore, matre Ismahelita, & ob id Hebraicę legis non ignara, distrahere puero illi, ambiguūq; effingere dū hic, dum illa suam vterq; legē ingerit. Igitur vtroq; puer imbutus cultu, neutrum adulitus recipit, quin homo callidus atq; vafer ingenio, inter Christianę pietatis viros diutissime versatus, rē perniciosa humano generi ex duab⁹ legibus cōmentus, Hebreos aiebat impie facere, qui Christianum natū ex virginē inficiarentur, quando id prophetæ, viri precipua sanctitate, diuinoq; afflati spiritu, futurum cecinissent, exspectandūq; multo antea predixissent, cōtra Christianos stulte credere Ihesum dei amicissimū, natūq; ex virginē, opprobria et cruciatū a Iudeis perpeti voluisse. Is pseudopropheta, cū suam gentem malis imbuiisset, legē tulit, cui ne ab hominib⁹ sanæ mentis quandoq; iret obuiam, vel a quopiam abrogaretur, vt sordidae & pestilenti capitalem inscripsit penā, sanxitq; in suo Alcorano, si quis de ea ausus esset disputare. Qua sanctione palam fecit, nihil sinceri in ea lege esse, quā velut mysteriū qddam texerit vetueritq; tractari, vt quale esset id, quod ferebat, populus haud scire posset. De his igitur satis, quia historia est, ad rem Geographicam paru conducens. Domus spræterea Turcarū, & cetera aedificia, sub quibus habitare solent, de lignis & terra vulgo sunt, pauca de lapidibus, solorum magnatum domus. Balnea & deorū templa ex his vulgo constructa, c̄quis & plebeiorū quidam locupletes adeo sunt, vt exercitū armare expedireq; integrū unus possit, sed cū frugales sint, & omnē sumptū deuident, humilitatem diligent, voluntariā hanc paupertatē & rerum sitū patienter ferunt. Ob hanc etiā causam picturas abijciunt, imaginum sculpturas sic abhorrent, sic detestantur, vt Christianos, qui eis tantū delectētur, idolatras vocitēt, et in veritate esse cōtendāt. Sigillis in litteris (siue regis aut cuiuscūq; alterius fuerint) nullis vtūtūr, nullis signis ob-

TABV ASIAE MINO RTS



MINOR RIS






muniunt, fidem habent statim, vbi solummodo nomen  
audierint, aut scribentis stilum inspexerint. Campanarum usus  
apud eos nullus, nec etiam Christianos inter eos habitates  
habere ac uti permittunt. Pro pecunia aut aliqua alia re non  
ludunt, ludere repertos ignominis multis et probris affi-  
ciunt & prosequuntur. Ad sedendum scamnum, sedile, aut  
aliud fulcimentum nemo, cuiuscum dignitatis conditionis  
existat, requirit, sed decentissima quadam & membrorum &  
vestium compositione super terram puerorum more recumbit.  
Mensa supra qua vescuntur, ut plurimum e corio bubulo  
parata est, aut ceruino non concinnato, & adhuc hirsuto,  
rotunditate habens, quatuor vel quinque palmarum latitu-  
dinis. Circulos multos per circuitum insutos ferreos, quibus  
cum corrigiae inducte sunt, instar burse clauditur, expeditur  
et portatur. Domum, ecclesiam, aut alium locum in quo se-  
dendum est, nisi discalceatus nemo intrat, cum in honestum in-  
decorum valde habeatur, ut calceatus quis sedeat, quare  
calceamento quodam utuntur, quod facile et deponi potest  
et recipi. Vestimentis utuntur tam viri quam foemine satis lar-  
gis & longis, in anteriori parte apertis, quo honestius cur-  
uati naturae opus perficere celareque possint, multum enim  
in egestione cauetur, ne meridiem versus, quo orantes se ver-  
tere solent, faciem conuertant, multum etiam ne ab homine  
quopiam conspecti, turpitudinem suam ostendant. Curuati  
etiam quemadmodum apud nos mulieres micturiunt, nam si  
stanto quispiam mingeret, pro stulto aut heretico ab om-  
nibus haberetur. A vino (quoniam peccati & omnis immuns  
diciei seminarium sit) ex lege abstinent, vases tamen co-  
medunt, & mustum potant.



# TA·TER·SANCTE



VDEA particularis Syriæ prouincia in Cœlosyriam iacens et per eam ad occasum, Aegyptiaco alluit pelago, perfunditur & Jordane flusso ad orientem solem. Hanc terrā Bibliaci libri, & Iosephus eos secutus, Cananæ appellant, terram variarū opum diuitem, frugibus fertilem, aquis illustrem, opimam balsamo, in medio orbis constitutā. Quo fit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur, ob quam elementorū gratiā estimauerunt Israhelite siue Hebrei, gens antiquissima, & apud quā solā a prima hominis formatiōe cœlestis ac veri nominis cognitio, cultusq; & primū idioma permanisit, eam esse, quę partibus oī Abrahæ, Ysaac, & Jacob permissa a numine esset, terram videlicet lacte & melle fluentē. Ideo Iosue fortissimi ducis ductu quadragesimo anno postq; Aegyptum exiſſent, suæ ditionis fecerunt, uno & triginta regib; in ea potenti manu deuictis, Leges Israhelite tenent, ac secundum eas viuunt, quas a Moſe primo suo duce acceperūt, q;uis & multis ante Mosen seculis abſc̄p; lege aliqua scripta pie sancteç vixerint, veritatē diuinis oraculis, animiç acumine et magnitudine consecuti. Existimabat eximus ille theologus Moſes, nullam ciuitatem sine iuriis & equitatis cultu diutius consistere posse, iam cum bonorū premijs, & impiorum supplicijs suos ad amplexandam virtutē, & impietatem fugiendam, satis exhortatus esset, tandem super decem illa legum capita, duabus tabulis ad Sianam perlatas, alias populo leges, ciuiliaç instituta promulgauit. Hęcum adeo multe sint, ut sole integrū librū prestare possent, eas iam extra missas facere oportet, nam magna aues angustis nidulis cubare non possunt. Scias tamen lector optime, iniuria aut iactantia pura, tantā huic terre bonitatem fuisse adscriptam, eo q; ipsa experientia, mercatorum & peregre proficiscentiū, hanc incultam, sterilem, omni dulcedine carentem depromit. Quare promissam terram pollicitam, & non vernacula lingua laudantē pronuncies.

41




# TABV. TERRE SUSAN CTAE



Habitantes sub hoc paral, habent diem maxi. hor. 14 4

# SUSAN CTAE



CL

N

AB

NEV

AT

OB 1 15 15 10 10 EP 1 90



## TABVLA MODER. INDIAE ORIENTALIS

DE INDORVM moribus & ritu in tabula  
decima & vndecima Asiae Ptolemei abunde dictu  
est, tu igitur (si iuuat) illas intuebere.

47







CELESTIAE ET CETERIS

CONSERVAT


AUDIT

AMARIA

EGUM A  
GIST

# TA. SVPERIORIS INDIAE.

## ET TARTARIAE MAIORIS



ARCUS polo veneti's asserit, q̄ inter omnes imperatores & reges tā Saracenorū q̄ Christianorū, pot ntor non sit magno Chan. Qui cū morte discedit, in quodam monte maximo sepelitur, & quādo illuc portatur, Tartari omnes equos de suo st. bulo, necnon equos & hominēs quos in via cōprehendunt interimū, dicentes. Seruite domino vestro in alio mundo. Tartari semper morantur in campis, vbi meliora pascua reperiūt, faciuntq; doros de pticis rotundas, filtro coopertas. Habent etiā Carrucas, in quibus deferūt suppeliūtia & familiā suā. Viri nil nisi bellū agunt, vxores aut̄ oīa alia perficiūt. Omnes carnes, preter humanas comedūt. Lac bibunt iumentorū. Se inuicē offendere cauent. Vxors eorū illustres sunt ac fideles, & quilibet potest haber. tot, quot enutrire potest. Viri dant dōtes parentibus vxorū, & non econuerso. Consobrinas, noueras, et cognatas ducūt, primāq; vxorem māgis legittimam reputant q̄ alias. In suis nuptijs magna festa faciūt. Omnes idola colūt. Probi sunt in armis et laboribus. Iusticiā diligūt hoc modo. Homicidarū nulla est redēptio. Gladio, etiā si nō p̄cutiat, sed solū minet, manū perdit, p vulnere simile vultus a vulnerato recipit. Pro furto septē percussiones baculo recipit acutato, & sicut furtum est magnū, sic et percussiones ascendūt per septenariū usq; ad septē. Staūt notabile est occiditur, ni nonies tantū reddat. Modus interficiendi est, per mediū vmbilici se care. Post prouinciā Alcami, vbi est mons, in quo omnes magni Chan sepel. untur, quedā planicies est maxima, cuius gentes siluestres, solū de animalibus vi uūt, certios comedunt & equitant, & subsunt Tartaris. Post illā planicē est mare oceanū. Hec regio est versus Arctīcū polū. Dehinc ad quinq; dietas est quoddā regnū, nomine Ergonil, cuius gētes idolatre sunt. Sunt & ibi Chr. stiani, Nestoriani, & Machomettani. Boues magni silvestres, ceu Elephantes, pilosi, preterq; in dorso. Ibi animal est, quod muscū producit, & est in magnitudine cattis, coloris citrini, habens tantum infra & supra duos dentes acutos & longos. In ventre eius iuxta vmbilicū apostema generatur sanguineū inter cutē & carnem, & illud extractū cum corio, muscus est optimus. Item ad octō dictas post Ergonil est magnū regnum regis Georgij Christiani, qui est de genere Priami, quondā maxim regis, sub quo erant Tartari, anteç; habuerūt regē de suis. Ibi sunt gentes quī specierū. Prime multū magne & nigre vt corius. Secundē albē, h. bētes caudā ut pauo. Tertiē sunt sicut nostre. Quarte sunt paruę, habentes duo capita. Q̄ int̄g; habent ora & dentes ad modū equorū. Itē tribus dietis ab Ergonil magnū Chan habet viridariū. xv. miliariū, in q̄ sunt fontes, fluuīj, & prata multa. Luxta illud viridariū magnus Chan habet. x. milia equarū, quarū lac nemo nisi Chan magnus et eius coniuncti bibūt. Dchinc patria quedā est, in qua plurima idolatriarū monasteria sunt, quodlibet duo milia monachorū continet, qui cōtinue ieun. ntes in pane & aqua, asperrima m vitam ducunt. Cūq; aut̄ magnus Chan comederit seruitores & pincernę, qui omnes Barones sunt, ora habet velata pannio serico, aut aureo, ne anhelitus domino fastidium generet. Ciuitas Cumbali magna est, habens. xii. portas, in hachospitantur mercatores & forenses, quoq; illuc maxima confluit multitudo, cum incredibili mercatura serici & lapidū p̄ciosorū de India magna et multis alijs locis, et maxime de Chatan, ita q̄ qualibet die apportātur mille Carrucę de serico, quia ibi operātur optimū sericum cum auro. Hec ciuit: s vias habet latas, & ad filandum directas, dormus & palatia multa habet. In medio eius est palatiū iusticie, in quo cāpana pendet, qua ter pulsata, nemo domū exire audet, nisi pro infirmo, aut foemina parturiente, & hoc cum candela lucente fieri oportet. Quelibet porta nocturno tēpore custoditur vigilibus, non nisi ob latronū timore. In burgis Cūbali mōrātur. xx. millia meretricū. In Cūbali Chan monetam cudit, que fit de corticibus interioribus mori. Omnes lapides preciosos, et aurum, & argentum rex a mercatoribus accipit, eisq; vice illorum monetam suam rependit.






## DE PROVIDENTIA REGIS MAGNI CHAN

MAGNVS Chan constituit. xii. barones, qui ordinant omnia quæ ex pediunt. 24. prouincjs, ad singulas mitentes iudices, &. xii. notarios. Hi omnes morantur in magno palatio, in medio ciuitatis Cumbali, quæ caput est imperij Tartarorū. Palatū regis in Cumbali girat quatuor miliaria, habens in eius circuitu quatuor alia palatia, pro vntensiliū repositione. Hoc palatiū in facie ad meridiē habet. xv. portas, quarū mediam solus rex intrat & exit. Sunt & etiā alia loca, ad tria miliaria distantia, in quibus morantur cursores, & hi omnes tintinna bulis cincti sunt. Legato igitur aliquo a rege ad aliquā prouinciam, capite & corpore ligato (propter velocē equorū strepitum) equitat, currunt enim in die. ccc. miliaria. Peruentis illis ad postem, statim recentes equos sumunt, quos semper paratos inueniunt.

## DE VIRGINIBVS NON VALENTIBVS NVERE.

POST hec quedā prouincia est, nomine Theber, destructa a magno Chan, habens desertū. xx. dietarū, quod abundat animalibus silvestribus, & maxime leonibus, & alijs feris. In cuius deserti introitu arundines lōgissime sunt, que fracte, maximū clangore emittunt, a quo animalia illa fugiunt. Post hoc multæ ciuitates sunt & castra, habentes consuetudinem, nunq̄ virgines maritandi. Et propterea omnes forenses perambulantes capiunt, rogando ut earum virgines deflorent. Cūq; aut̄ maritandæ sunt, quelibet in festis discurrendo, ad collū omnia iocalia dictorū forensium sibi donata portat, & quæ plura suæ deflorationis signa portat, melior reputatur, & citius maritū assequitur. Gentes huius prouincie sunt idolatræ. De agricultura & venationibus vivunt. Vestite sunt animalium pellibus. Ista prouincia diuisa est in octo regna, habens corallum pro moneta, q; ibi clarissimus reperitur. Hæc prouincia maximos necromanticos & astrologos habet, & subest magno Chan.






# TAB<sup>+</sup> MODERNA INDIAE

DE INDORVM moribus & ritu, in tabula decima & vndeclima Asie  
Ptolemei abunde dictum est. Tu igitur (si placet) vide.

44





## INDIA EXTRA GANGEM


Hic sunt galli et galline magne non  
habentes plumasseri penas: sed lanam  
sicut ovina optima edentes







## TA+HERE·HELVE+



EL VETIA regio aspera et mōtuosa, in cūnus rupibus Rhenus oris fluuius. Hæc homines gigant vtriusq; sexus validos, corporibus & forma venustos, statura proceros, & tanq; gigantes robustos. Gens illa bellicosissima est, in armis & rebus bellicis fatis valens, & q;uis Marti multum debeat, simplex tamen est, beneuola, & aduenis multum benigna. In heremo autem Heluetiorum multa deorum phana, Virginis salicet sacratae & semper benedictæ, heremitarum beati Munradū, & fratri Nicolai, quem vulgo Bräder Clewi vocat, ad quæ a longinquis partibus confluunt peregrini, vota sua perficientes, quos benigne suscipiunt indigenæ, largientes & impartientes eis victum & alimonia necessaria tc.

45



